

CARTULARIO DE LA ABADÍA
DE SANTILLANA DEL MAR

I

Jueves 25 de julio de 1200 (1).

[r. 1.]

VIVEDA

In Dei nomine. Ego Didaco Gomez, non per metum neque per
turbatum sensum set pro expontanea mea voluntate per remedium
anime mee vel parentum meorum, facio carta ad regula Sancte Iuliane
et a tibi abbati Don Petro et ad clericis, qui ibi servient, de uno so-
lare qui est in villa que vocitant Viveda loco prenominato ubi dicent
el rio el solar que fué de Martin Novales. Sic do et affirmo stabile
per semper. Si quis homo qui hanc cartam disrumpere quesierit sit
ille maledictus et excommunicatus et cum Iuda traditore in inferno
dampnatus. Facta carta die notu feria V.^a, VIII.^o kalendas augustas
sub era M.^a CC.^a XXX.^a VIII.^a, regnante Rex Aldefonsus in Toledo
et in Castella et Regina Don Alionor, Maiordomo del Rey Gonzalvo
Roiz Giron, Merino del Rey en Chamesa Fernando Martinez, Po-
testas en Chamesa Don Nunno, Martin Monioz confirmat, Didaco
Alfonso confirmat, Pela Pelait confirmat, Roy Pelaiz confirmat, Gu-
tierre Gonzalvez confirmat, Gonzalvo Gonzalvez confirmat, Petro
del Rio teste, Iohannes de Azent confirmat, Gonzalvo Martinez

(1) Los datos cronológicos de las cartas se han comprobado por medio de las *Tablas para comprobación de fechas en documentos históricos*, segunda edición, que hemos publicado con informe muy laudatorio de la Real Academia de la Historia.

confirmat, Roy Pedrez confirmat, Migal Pedrez confirmat, Petrus et Iohannes hic testes sumus et de manus nostras roboramus, Petrus scripsit.

El año 1200 comenzó en feria VII (sábado); el día 25 de julio fué feria III (martes), y no feria V (jueves), como dice la carta I. Si en el año bisiesto 1200 el día de aumento no se hubiera agregado al mes de febrero, sino con posterioridad al día 25 de julio; verbigracia, al fin de diciembre, de lo cual hay ejemplos en los siglos medios, el día 25 de julio de 1200 caería en lunes o feria II, y como este número romano fácilmente toma la forma de V o feria V, se explicaría la equivocación del amanuense. (V. nota A.)

II

Miércoles 24 de julio. Sin año (1202).

[f. 1 vto.]

[LUESA]

In Dei nomine. Ego Gonzalvo Roderici de Ceuallos, non per metum neque per turbatum sensum, set per expontanea mea voluntate per remedium anime mee vel parentum meorum, facio carta ad regula Sancte Iuliane et a tibi abbati Don Petro et ad clericis, qui ibi servant de mea hereditate que est in villa de Luesa loco nominato el solar de Petro Feles et el solar de Quintana. Sic do et affirmo aquestos dos solares stabile per semper. Si quis homo qui hanc cartam disrumpere quesierit sic ille maledictus et excommunicatus et cum Iuda traditore in inferno dampnatus. Facta carta die notu feria IIII.^a, VIII kalendas augustas, regnante Rex Alfonso in Toledo et in Castella et Regina Don Alionor et el Infante Don Henric, Majordomo del Rey Gonzalvo Roiz Giron, Merino García Roiz Barua, Potestas en Asturias Don Nunno, Merino Fernando Martinez, Gonzalvo Gonzalez confirmo, Didago Gonzalez confirmo, Gutierre Gutierrez confirmo, Roy Fernandez confirmo, Didaco Alfonso confirmo, Fernando Gonzalez confirmo, Roy Monioz confirmo, Roy Sanzez confirmo, Domingo Pelaiz Teste, Iohannes Petri de Arce, Iohannes Gonzalez teste, Martin Gonzalez Teste, Petrus et Iohannes hic testes sumus et de manus nostras roboramus, Petrus scripsit.

Esta carta, fechada el día 24 de julio, miércoles, sin expresión del año, debe de ser de fecha próxima a la anterior: 1.º, en la primera se dice que el día 25 de julio fué jueves, y en ésta se dice que el día 24 fué miércoles; 2.º, las personas que firman la primera carta se repiten casi todas en la segunda.

De todos modos, una y otra carta son de los primeros años del siglo XIII, y son las más modernas del *Libro de Regla*. En el año 1202, que comenzó por martes, el día 24 de julio fué miércoles.

III

28 de mayo de 870.

[f. 2.]

IGLESIAS DE SUANCES

Sub Christi nomine. Ego Iames, licet indignus, presbiter qui sum filius quadam patris mei Quiriaci, et matris mee Carterie traditorem vel testamentum facio ecclesie sancte vel regule in nomine Trinitatis Patris et Filii, et Spiritus Sancti, quod corde credimus ore profiterimus Patrem ingenitum, Filium genitum, Spiritum Sanctum ab utroque procedente: Filium solum carnem de Virgine suscepisse et in mundo pro salute hominum in se credentium venisse et de Patre Spiritu Sancto nunquam recessisse. Quia ipse dicit: Ego et Patrem unum sumus, et qui me habet, habet et Patrem, et qui me videt videt et Patrem. Iterum dixit: celum mihi sedis est, et terra scabellum pedum meorum. In celo angeli totam Trinitatem adorant et in terra hominibus predicant. Ite, vendite omnia que possidetis, et date pauperibus, et venite sequimini me. Et iterum: si quis vult post me venire abneget semetipsum, et tollat crucem suam et sequatur me. Et alibi: qui plus fecit patrem aut matrem, uxores, filios, aut agros, vel que mundo transeunt plus quam me, non est me dignus. Et iterum: qui non odit patrem aut matrem vel uxorem, filios aut agros, vineas, pomares, aut omnia que in mundo possidet, et animam suam propter me, non est me dignus. Proinde melius multoque melius est mundum calcare, Evangelium complere. Quia sic dicit: da omnia pauperibus, et veni sequere me, et habebis vitam eternam. His auditis pro remedio anime mee, per huius testamentum scriptura testamenti quidquid visus tenere, habere, vel possidere, aut deinceps ganare, vel proligare potuero, trado his baselicis sanctis in

villa que dicunt Suancies, Sancto Salvatori, Sancto Martino Confessoris Christi, Sancto Felici, Sancte Leocadie, et Sanctorum Cosme et Damiani, quorum me servum rem contestor. Trado omnia et contesto quidquid mihi pertinet, vel quidquid mihi parentes mei tradiderunt et iuri meo habe, id est iumenta, animalia, peccora promiscua, domicilia, casas, horrea, apotega, vestimenta et ornatum ecclesie, casullas, libros quos habeo, vel quos adhuc conscribere potuero. Ministeria vel omnia contensilia ecclesie, scalas argenteas, vinea et pomares, cupas, vel vasa vitrea, orceorum terreum, conca terrea, terras quod mihi pertinent in Soancies ab omni integritate, tam divisa quam et indivisa quicquid infra terminos de ipsas villas evenerit, tam in culto quam et in leuco, exitum vel ressitum, felgaria, molina, sive et illa salsa in Menico, cum sua tora et ipsum solarem quem comparavi in ipsa salinas sive et paragam quem comparavi de filios Benedicti et Papiano, iusta ipsa conclusa in ipso monte ubi ipse ecclesie fundata est, in ipso loco omnia superius nominata ad ipsas basilicas sit traditum et consignatum, ut nullus ex inde vindere, vel donare habeat potestatem. Scilicet quicquid ibidem in Dei laudibus commoverint et fideliter Deo servierit, et comuniter vel regulariter per collationem vivere voluerit, ipsi illud obtineant. Et nullus senior hic per superbiam leuare se presumat, sed nisi quem sancta collatio vel sua humilitas elegerit, sive sit unus, sive plures, seu sit, presbiter, diaconus, monachus, advena, incola, rapacius peregrinus, servus, hanc liber, propincus an extraneus, sicut superius dixi, qui ibidem ad ipsas ecclesias cultor extiterit, et regulariter vixerit sub uno absque divisione aliqua omnia teneant, et propter nomine ipsius ecclesie sancte vindicent atque defendat. Post obitum vero suum cultoribus ipsis sanctis ecclesiis vel regule sancte possidendam relinquunt. Et nullus en inde ad aliam conversationem vindere vel donare presumat, sed ipse illud obtineat qui Deo servierit, et pro nobis elemosinas..... sacerdotes evocaverit qui pro peccatis nostris oblationem Deo obtulerint caste et pie vixerint. Seu sit unus sive plures, seu sit propinquus an extraneus seu qui supervenerint. Si quis sane quod fieri minime credo hec, testamentum ad me factum aliquis de parte mea inrumpere voluerit, ad illo ad iure ipsius ecclesie sancte auferre presumserit aut aliquam divisionem in eadem ecclesiam mittere voluerit in primis sit a sancta communionem extraneus et cum Iuda

traditore in inferno dapnatus, et insuper inferat ad ipsas ecclesias auri libras tres, et hec testamentum iuris ecclesie firmis permaneat. Factum testamentum vel pactum sub die quinto kalendas iunias, era DCCCC.^a octava. Ego Iames in hanc testamentum manu mea testibus tradidi roborandum, Stephanus presbiter testis, Advescencius presbiter testis, Agitus presbiter testis, Nonitus presbiter testis, Quiricus presbiter testis, Felpe presbiter testis, Portemius presbiter testis, Argaziz presbiter testis, Mauriz testis, Severus testis.

No se expresa en esta carta la feria o día de la semana correspondiente al 28 de mayo del año 870. Este año comenzó en feria I (domingo), y el día 28 de mayo fué también feria I (domingo).

Esta carta es la más antigua del *Libro de Regla*. En ella no se menciona la iglesia de Santa Juliana, pero se explica, porque sólo se trata de mandas hechas a las iglesias de Suances en honor del Salvador, de San Martín, de San Félix, de Santa Leocadia y de los Santos Cosme y Damián, que con el tiempo se incorporaron a la abadía de Santillana.

IV

Jueves 6 de julio de 1122.

[3]

COUBRECES

Sub Christi nomine. Ego Gundisalvo Godestioz Deum timendo, et penas inferni evadendo, et paradisi introiendo trado corpus meum cum proprio meo solare Deo et regule Sancte Iuliane et tibi abbati Martino cum omnibus ibidem servientibus, et est illo solare in Alfoce de Cabeçone in certo loco in villa que dicitur Caobreçes. Casas et orreos, et cunctis tectibus, terras et pomares, defessas, exitus et regressitus, de monte in fonte, ipso solare pro certis suis terminis ab omni integritate, do et ofero et roboro a Deo et a Sancta Iuliana, et tibi abbati meo Martino, pro remedio anime mee vel parentum meorum, ut do hodie die vel tempore de iure de me Gundissalvo Godestioz sit abstersum et in iure Sancte Iuliane sit traditum atque confirmatum. Si quis tamen quod fieri minime credimus tan ego quam aliquis ex meo genere, vel extranea, hanc scripturam infringere temptaverit quisquis ille fuerit qui talia comiserit, in primis sit maledictus, et descomunicatus usque ad septimum generationum cum Da-

tan et Abiron, cum Symone Mago, et Nerone, et cum Iuda traditore, cum diabolo et angelis eius in profundum inferni lugeat in eterna dapnacione, et super inde pariet istud qui in hac regla resonat duplatum vel triplatum cum auri libras tres, et ad Imperatoris tertie pariet libras V. Facta carta die notu quinta feria, II.^o nonas iulii, 20 era M. C. L. X.^a, regnante Rex Allefonsus Pampilonense, in Castella. Et ego Gondissalvo Godestioz in hac regula que feci, volui legendo, audivi manu mea + roboravi coram testes Citi Velliti. Hic testes sumus manus nostras ++ roboravimus.

El año 1122 comenzó en feria I, o sea domingo, y el 6 de julio fué jueves (feria V), como dice el documento. Reinaba en Castilla D. Alfonso *el Batallador* y era abad Martín.

V

Sin año (1111-1122).

[f. 5.]

CAMPLUENGO, SOPEÑA

Sub Christi nomine et individue Trinitatis Patris videlicet et Filii et Spiritus Sancti, qui unus et admirabilis extat per nunquam finendam secula seculorum. Amen. Ego Sol Rodriz, filia de Rodrigo Hectaz, Deum timendo, et penas inferni evadendo, et paradisi introiendo, trado corpus meum et animam meam simul cum suo solare 5 quod habeo in villa que vocitant Campolongo, cum casas et horreos, et terras, et pomares, defesas, exitus et regressitus de monte in fonte, medietate et illa medietate ab omni integritate trado Deo et regule Sancte Iuliane Virginis, et tibi abbati meo Martino, cum omnibus qui servis Dei ibidem sunt orantibus, et servantibus pro 10 remedio anime mee vel parentum meorum. Do et roboro, et offero Deo et regula Sancte Iuliane omnia mea hereditate en Quebeda en Sopenna meas divisas, hic et ubique et in cunctis locis quantum mihi pertinet inter meos fratres ab omni integritate, ut de hodie die iure meo sit tersum et in iure Sancte Iuliane sit traditum atque con- 15 firmatum. Si quis tamen quod fieri minime credimus tan ego quam aliquis ex mea proenies, vel extranea hanc nostram scripturam infringere temptaverit, quisquis ille fuerit qui talia comiserit, in primis

sit maledictus et excommunicatus usque in septimum generationum, cum Datam et Abirone, cum Symone Mago et Nerone, et cum Iuda 20 Domini traditore, cum diabolo et angelis eius luat in profundum inferni in eterna dapnacione, et super inde pariet istud qui in hac carta resonat dupplatum vel triplatum cum auri libras quatuor et ad Imperatoris tertie pariet V, libras auri. Regnante Rex Allefonso Aragonense in Castella, et ego Sol Rodriz in hac carta que feci legendo 25 audivi manu mea + roboravi coram testes Citi Velliti, hic testes sumus manus nostras + roboravimus, Michael notarius.

No se expresa en esta carta el año, pero se puede deducir con bastante aproximación. Según se dice, reinaba en Castilla el rey de Aragón Alfonso: «Rex Allefonso Aragonense in Castella»; también se dice que era abad Martín: «et tibi 30 abbati meo Martino». Este abad regia la Comunidad de Santillana por los años de 1111 a 1122, época en que D. Alfonso *el Batallador* tenía disensiones con su esposa D.^a Urraca.

En otras cartas veremos que D.^a Urraca en esta época se titula reina de León y de Galicia. 35

VI

Sin año (1085-1109).

[f. 4.]

EN CABEZÓN

Sub Christi nomine et individue Trinitatis Patris videlicet et Filii et Spiritus Sancti qui unus et admirabilis extat per numquam finienda secula seculorum. Amen. Ego Michael Flaynez Deum timendo et penas inferni evadendo, et ianuam paradisi introiendo pactum vel testamentum facio Deo et regule Sancte Iuliane et tibi abbas Dopno 5 Martino, et a servos Dei qui ibidem serviunt die at nocte trado corpus et animam meam simulque meo solare quod habeo de parentum meorum, et est ipso solare en Alfoç de Capeçon in villa que vocitant Serna per terminum de solar de Annaya Cidez, II.^o termino per illa itinera antiqua, III terminum per solar de Annaya Stephanec, quarta 10 terminum de rio Everneru infra ipsos quatuor terminos cabo illo solare quod superius resonat cum casas et orreos lagare, et abdega cum cupas plenas, curtes, et cum omni mobilia et quantum potui plantare et acmentare, et comparaciones, exitus vel regressitus de

montē in fonte ubique potueritis invenire ab omni integritate et duos 15
 solares en Salinas et in illo puteo mea divisa, et in illa monestina
 mea portione et abeatis illo firmiter. Ego Michael dabo illo propter
 remedium anime mee, et propter remedium parentum meorum, et
 teneat illo Petro Michaelleç meo filio et sedeat cum illo homine de
 Sancta Iuliana a bien fer cum honore et prestamo et caballo et 20
 abeat illo pro hereditate ille et filiis suis et neptis et generatione de
 eius nati, et in festivitate Sancte Iuliane quatuor focaças et I tocinu
 aut uno ariete, et uno uter de sicera det filio meo pro anima mea
 aut qui illa hereditate post abuerit. Semper ista donatione habeat
 inde abbas Sancte Iuliane et servos Dei qui ibidem fuerint et ser- 25
 viunt die ac nocte ut illos inde abeant tolerationem et ego ante
 Deum remissionem peccatorum. Amen. Et si abbas advenerit straneus
 aut aliud abbas et pro mala parte quesierit meo filio levar et
 sine capitulo et sine directo vadat se meo filio cum sua hereditate
 ubique voluerit et donatione quod superius diximus umquam non 30
 fallat, et de terra et de pumares Patrignano cum terras et pumares
 cum suos terminos ab omni integritate et illo pumar de Arniella et
 integro cum suos terminos ab integritate, et in illa Aguera cum totas
 suas hereditates.....

Faltan dos hojas en el original. Prosigue el fin de otra donación, que dice : 35

..... C.^a LXXXII, regnante Imperatore Allefonso in Legione et in
 Castella, et in Toletto. Et ego Petrus et Marina et filios nostros in
 hac regula que fecimus legendo audivimus, et de manus nostras
 + + roboravimus, Michael notarius.

VII

Sábado, julio de 1116.

[E. 5.]

ORDUN EN VALDEGUÑA

Sub Christi nomine et individue Trinitatis Patris videlicet et Filii
 et Spiritus Sancti. Amen. Ego Donna Tegridia Deum timendo et
 penas inferni evadendo et paradisi introiendo trado a Deo, et facio
 regula Sancte Iuliane et ad tibi abbati Martino simul cum congre-

gatione Sancte Iuliane de una terra cum sua pomifera, et est ipsa 5
 terra en Alfoçe de Egunna in villa que vocitant Ordum per termi-
 num de Didago Gonsalvez, II termino de Iuliano Petriz, III termino
 de Petro Michaellez, IIII termino de illo prato de Sancta Iuliana, in-
 fra ipsos quatuor terminos ipsa terra ex integra ab omni integritate,
 pro remedio anime mee et parentum meorum, ut servos Dei habeant 10
 inde tolerationem, et ego Tegridia ante Deum remissionem de pec-
 catis meis. Ita ut de hodie vel meo iure sit ipsa terra egressa, et in
 iure de Sancta Iuliana sit tradita atque confirmata. Si quis tamen ali-
 quis homo ad disrumpendum venerit vel venero Tegridia aud posita 15
 (*forte posteritas*) meas aut gens mea, aut qui contemptor extiterit
 qui comiserit, in primis descendat super eum ira Dei, et in fine non
 accipiat comunione, sed cum Iuda traditore habeat partem in eterna
 dapnatione. Amen. Et super inde pariet ista terra duplatam vel tri-
 platan in simile tale loco cum auri libras V, et ad Imperatoris tertie X
 libras de auro. Facta carta die notu sabbato..... iulii, era M.^a C.^a L.^a IIII.^a 20
 regnante Allefonso Aragonense et Regina Urraca in Legione et in
 Castella, et Comite Roderico Gundisalviz in Asturias et Petrus Go-
 destioz Maiorino et ego Tegridia in hac carta que feci legendo audivi
 et de manu mea + roboravi coram testibus, Petrus et Iohannes hic
 testes sumus et de manus nostras roboravimus + + Michael notarius 25
 scripsit.

Sábado..... iulio del año de N. S. J. 1116.

El año 1116 (bisiesto) comenzó en feria VII, o sea sábado; por tanto, los días 1, 8, 15, 22 y 29 de julio fueron sábado, suponiendo que el día de aumento, por ser bisiesto, se agregaba al mes de febrero. Reinaban D. Alfonso *el Batallador* y su 30
 esposa D.^a Urraca en León y en Castilla, y era abad Martín. Suscribió la carta «Michael notarius».

VIII

Domingo 12 de febrero de 1056.

[f. 5 vto.]

UBIARCO

Sub Christi nomine et individue Trinitatis, omnibus episcopis, abbatibus, vel omni populo christiano viventibus et in regula sancta consistentibus, ego Iuliana Iohannes una cum filiis meis Iohannes et Maria pro remedio anime mee et parentum meorum trado et concedo ad partem et in regula Sancte Iuliane et reliquiis qui ibi sunt, et ad tibi Antolino abba, et ad illos servitores ecclesie qui ibi demorantur, et ut partem abeam in orationibus, elemosinis, vigilis que in ipso loco facte sunt. Inde trado vobis uno solare con casas et orreos et tota sua hereditate in monte in fonte ubicumque potueritis invenire ab omni integritate, et est ipso solare et ipsa hereditate in villa Ubiarco in loco nominato Enege, et isto solare dolo (sic, *pro dono*) a Sancta Iuliana a foro quomodo dicitur V, panes en enfurcion et una gallina, et III, obreros a labore. Non entre in illo solar sayon nin merino nin de erega, et abeant los sos filios ad isto foro, et si abuerint abbate, aut prior, aut merino, aut ego Iuliana, aut filiis, aut neptis unus ex alteris rencura, vengan a capitulo, prendan directo et si non quisiere darles directo, vayas con toda sua hereditate et si abbate Sancte Iuliane tenendolos a directo quisierense ir, lexen la hereditate, et vayanse. Si quis tamen aliquis homo qui contra hunc factum nostrum a disrumpendum venerit, in primis sit ille maledictus et excommunicatus cum Datan et Abiron et Symone Mago, et Nerone cum Iuda traditore cum diabolo et angelis eius luat penas in inferno inferiore. Facta carta die dominico, II.º idus februarias, sub era M.ª LXXXX.ª III.ª

El año bisiesto 1056 comenzó en feria II (lunes); el día 12 de febrero no fué domingo, sino lunes. Es de creer que la carta es del año 1055, en el cual fué domingo el día 12 de febrero.

La carta contiene una donación en Ubiarco, siendo abad D. Antolín.

IX

19 de septiembre de 1111.

[f. 6.]

SEÑORÍO EN OREÑA

In nomine Sancte Trinitatis. Ego Urracha Dei gratia totius Spanie Regina vobis Sancte Iuliane et eiusdem ecclesie abbati Donno Martino et clericis ibidem in presenti et in futuro deservientibus in Domino Deo eternam salutem. Amen. Quando quidem honor et imperium istius mundi sunt causa transitoria quantum ad Dei honorem et futurum ineffabile gaudium, ergo rectum et dignum est ut in quantum possumus deservire et tota mente placere studeamus. Qua propter ego iam dicta Regina Dona Urracha pro anima patris mei tantum facio cartam et testamentum supradicte ecclesie Sancte Iuliane de Asturiis, et prefato abbati Dopno Martino et clericis in eadem ecclesie deservientibus de omni hereditate quam habeo in Valle de Horennia per suos terminos antiquos. [Scilicet primo termino per Peña Albea, II.º termino per Arenna de Sancta Eulaya de Luanna, III.º termino a la Penna de Penna camin, IIII.º termino usque ad Pelagum Pelanebrera. Infra istos terminos supradictus] (1). Ubicumque potueritis invenire eam ab integro in solares, in vineas, in pomares, in ortos, in pratos, in pascuis, in montes, in fontes, cum exitibus et introitibus, ut abeatis et possideatis vos et qui post vos in ecclesie Sancte Iuliane Deo servierint, et faciatis inde totam vestram voluntatem. Dono vobis ut in totam vallem non intret aliqua potestas per nulla voce, nec meus merinus, nec meus sagio, nec de ullo aliquo homine nisi vester merinus et vester sagio et quem vost ibi post vestram posueritis, nec faciatis inde facendariam nec ad me, nec ad aliquem alium hominem. Et si aliquis homo hoc meum regule donum quod ego Regina Dopna Urraca dono ecclesie Sancte Iuliane frangere ausus fuerit, quisquis fuerit sit excommunicatus et cum Iuda traditori penas inferni patiat, et in super hec scriptura maneat firma. Ista carta fuit.... sub era M.ª C.ª XL.ª VIII.ª, XIII kalendas

(1) Las líneas incluídas entre corchetes van en el Cartulario añadidas como nota.

octobris, regnante eadem Regina in honore patris sui, Miennaia
 Gutier Fernandez Curialius Maiordomus confirmat, Comes Donus 30
 Rodericus Asturiensis confirmat, Didacus Vermundez confirmat,
 Petrus Assuriz et Comes confirmat, Petrus Gundisalvez de Lara
 et Comes confirmat, Munio Roderiquiz confirmat, Magistri Petrus
 Annaiaz cuius ingenio et intimatione hanc cartam Regina Donna
 Urraca fecit fieri et propria roborare proprio signo confirmo + Mar- 35
 tinus Pelagiades Ecclesie Sancti Iacobi canonicus et eo tempore
 in Curia Reginne Donne Urracce notarius quod scripsit confirmavit,
 Citi et velliti testes, Martinus qui notuit.

Contiene esta carta una donación hecha a Santillana por la reina D.^a Urraca
 en el día 19 de septiembre del año de 1111; el abad de Santillana era D. Martín 40
 (primero de este nombre). Al hablar de la abadía se dice: «Ecclesia Sancte Iulia-
 ne de Asturiis».

X

Sin año.

[f. 6 vto]

EN CABEZÓN

Sub Christi nomine et individue Trinitatis, omnibus episcopis,
 presbiteris, diachonibus, clero atque omni populo christiano fide-
 lissimo Deum timentibus et in regule sancte consistentibus, ego
 Vermudo Rodris et uxor mea Tarasia acsi indigni pactum vel testa- 5
 mentum tradictionis facimus propter remedium anime nostre ad re-
 gula Sancta Iuliana cuius corpus tumulatum est in villa Planes et
 sub regimine Petrus abba tradimus adque concedimus nos supradi-
 cti Vermundo Rodris, et Uxor mea Tarasia ad ipsa regula Sancta
 Iuliana nostras casas cum suas hereditates qui sunt in territorio de
 Cabeçone iuxta flumine Saya in villa que vocitant Varcenaciones. 10
 Damus ipsas casas cum orreos, cum abtechas, cum curtes, cupas
 cum omni adiacentias suas, terras, pumares, felgarius, pratis, pascuis,
 padulibus, exitus vel regressitus de monte in fonte ubique potueritis
 invenire ab omni integritate et in alio loco in villa de Conulles tra-
 dimus atque concedimus nostras casas cum suas hereditates et suos 15
 pumares felgarius cum exitus.

Faltan dos hojas en el original. Prosigue con otro trozo de donación, de
 este modo:

XI

Jueves 27 de febrero de 1111.

[POLANCO]

..... Deum timendo et penas inferni evadendo, et ianuam paradisi
 introiendo, trado atque concedo ad ipsum locum sanctum illa mea
 hereditate cum suas casas et suas pumares que sunt ipsas casas et
 ipsas hereditates cum omni adiacentias suas in territorio de Camesa
 in loco predicto in Polanco trado adque concedo pratis, pascuis, 5
 padulibus, exitus vel regressitus et mea divisa in illa villa de monte
 in fonte ubique potueritis invenire ab omni integritate, et in alio loco
 de Chavançone quamtumque quadra inter meos heredes, terras, pu-
 mares, tectis, silvas, et defesas atque pascuis, padulibus, exitus vel
 regressitus, de monte in fonte ubique potueritis, invenire de ipsa 10
 hereditate abeatis illo post iure de regula Sancta Iuliana quieto et
 quicquid ex inde facere volueritis in Dei nomine abeatis potestatem
 ut mihi Roderico Gutierrez ante Deum merces perveniat, et ego Ro-
 derico Gutierrez in hoc pactum vel testamentum traditionis quod
 feci a Deo, et ad regulam Sancta Iuliana, cuius corpus tumulatum est 15
 in Villa Planes et a tibi abbas Martinus, firmis permaneat semper.
 Si quis tamen contra hunc factum meum ego Roderico Gutierrez
 aut proienie mea vel quislibet homo inrumpere quesierit, in primis
 ira Dei descendat super eum, et excommunicatus permaneat ad sacro-
 sanctam comunionem, et cum Iuda traditore abeat partem in inferna 20
 dapnatione. Amen. Et post temporalis pena parie ipse omne diabo-
 licus qui hunc pactum meum inrumpere quesierit pariet primis ad
 parte de ipsa regula Sancta Iuliana quantum ausus fuerit conatus
 inrumpere duplatum vel triplatum cum flagellis C, et post parte
 comite civitatis parie auri libras V, et scriptura ista non rumpetur, 25
 sed firmis permaneat, et obtineat. Facta scriptura ista die V.^a feria,
 III kalendas martias, era M.^a C. X^[v] VIII, regnante Rex Adfonsus in
 Legionem et in Castella adque in Aracone, et Regina uxor eius Dopna
 Urracha. Ego Roderico Gutierrez in hoc pactum quod feci propter

remedio anime mee et parentum meorum et requiem defunctorum 30
 volui et legenter audivi, et de manu mea + roboravi coram testibus
 Citi Veliti, hic testes sumus et de manu manus nostras + + robo-
 ravimus, Rodericus Chomes Asturiense confirmo, Didaco Vermudiz
 confirmo, Vermud Munno Rodriz confirmo, Guntsalvus Ansurit con-
 firmo, Fernando Petriz confirmo, Iohannes presbiter notavit. 35

El día 27 de febrero de 1111, fecha de esta carta, no fué jueves, sino lunes,
 puesto que el año comenzó por feria I (domingo).

La semejanza de los números romanos que expresan el lunes y el jueves,
 feria II, feria V, explica que se transcribiera uno por otro. En el original está bo-
 rrada la L de la fecha; pero es indudable que la fecha es 1111 o algún año próxi- 40
 mo, pues se dice que reinaban D. Alfonso *el Batallador* y su esposa D.^a Urraca.

XII

Sin año (1111-1122).

[f. 7 vto.]

EN CAMARGO

Sub Christi nomine et individue Trinitatis Patris videlicet hac
 Spiritus Sancti qui unus et admirabilis extat per numquam finien-
 dam secula. Amen. Ego enim Urracha Rodriz diem iuditi timendo
 portas inferni evadendo et ianuam paradisi introiendo facio expon-
 tanea mea voluntate regulam vel pactum traditionis a Deo et a 5
 Sancta Iuliana virginis cuius baselica fundata est in patria Asturiens-
 sis et ad tibi abba Martinus et a collegio monachorum qui ibi de-
 serviunt ut ego abeam protectores et ad Deum semper rogatores.
 Amen. Ego iam dicta Donna Urracha trado adque concedo in terri-
 torio de Camargo in illa villa de Calva meas casas et orreos, laga- 10
 res cum abdegas, cupas, curtes cum omni ornamenta ferras, puma-
 res, defesas, exitus vel regressitus et cum omni adiacentias suas de
 monte ubique potueritis invenire et mea divisa in illa villa ab omni
 integritate et in alio loco prenomatos in illa villa de Liencres qui 15
 est iuxta litore maris, concedo ego Dopna Urracha in ipsa villa iam
 dicta de Liencres ad regulam Sancte Iuliane meas casas et meos
 orreos, lagares et abtegas, cupas, curtes, et tota mea hereditate cum
 suos pumares, cum exitus et.....

Esta carta incompleta carece de fecha, pero por ser abad Martín y por regir
 una Comunidad de monjes «ad tibi abba Martinus et a collegio monachorum», 20
 creemos que se redactó en tiempo de D. Alfonso de Aragón y de D.^a Urraca
 (desde 1111 a 1122), época en que Martín (primero de este nombre) regía la Co-
 munidad. En tiempo de Martín (segundo de este nombre) (años 1128 a 1157), ya
 no había monjes en Santillana, sino canónigos regulares. (V. carta XX.)

Falta una hoja en el original. Prosigue después con el fin de otra donación, 25
 y dice :

XIII

Martes 10 de mayo de 987.

..... et in agone Christi certavit vel in Dei liberius comemora-
 tus fuerit abeat ex inde toleratione et mihi Donna Fronildi ante
 Deum mercis perveniat et nullus inde a laicali conversationi redu-
 cere presumat nec ab ipsa ecclesia auferre presumat. Si quis pre-
 sumpserit anatematizatus et excommunicatus permaneat, et cum Iuda 5
 traditore in inferno dapnatus, et pro temporali pena pariet ad pars
 ipsius ecclesie Sancte Iuliane aliud tantum duplatum et ad Impera-
 toris tertie parie auri libras V.^e et hoc testamentum juris ecclesie fir-
 mis permaneat. Facta scedula testamenti die III.^a, feria VI.^o idus 10
 madii, era M. XXV, imperante Comite nostro Garcia Fernandez, et
 ego Donna Fronildi in hoc testamento de me facto que relegente
 audivi manu mea + roboravit coram testes, Belliti hic citi testes +
 Ermegildo hic testis, Quiricus ic testis + Roderico Telliz in mea
 presentia + Nunno Velasquiz in mea presentia + Roderico Vela-
 squiz in mea presentia + Galindo presbiter in mea presentia. Donna 15
 Otrocia in mea presentia + Gundesalvo Acisonez in mea presentia
 + Donna Goto in mea presencia + Garcia Fredenandez Comes
 confirmo, Donna Iusta in mea presencia + et Ava Cometissa con-
 firmo et de omni ornatu ecclesie idest I. Corona argentea et ornata
 cum lapidibus preciosis et II casullas illa una grecisca, et II manci- 20
 piellos nomine Vicenti Mauro et illa mulier Arvidio ego quod tradi-
 dit confirmavit et einc roboravi.

El año 987 comenzó en sábado (feria VII), y el día 10 de mayo fué martes,
 como dice el documento.

La donación hecha por D.^a Fronilde en tiempo del conde García Fernández 25
 no puede precisarse por estar la carta incompleta.